

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 855

**Auteur(s) :** Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s) :** Luc, Douvres-la-Délivrande (prêtre)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1142-1163]

**Lieu d'émission :** Bayeux

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, juge une contestation qui s'était élevée entre le chapitre de Bayeux et Lucas (ou Luc), prêtre de Douvres, pour savoir ce qui appartenait à l'aumône de l'église de Douvres, et ce qui appartenait au fief de Lucas. Les témoins sont entendus et prêtent leur serment. Débouté de ses prétentions, Lucas revient de nouveau à la charge et occupe une partie de l'aumône : nouvelle convocation des jureurs et nouveau jugement.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LXIII, t. 1, p. 81-83.

## Dissertation critique

Épiscopat de Philippe de Harcourt, 1142-1163.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Baiocensis episcopus, clero et populo per Baiocensem episcopatum constituto, salutem, gratiam et benedictionem. Provide consuevit antiquitas litterarum thesauris includere quod absque ambiguitatis errore volebat posteritati reservare, ne possit aliquando aut oblivione subtrahi, aut improborum hominum vexatione turbari. Hanc igitur providentiam secuti, quod de elemosina ecclesiae de Dovra in praesentia nostra factum est, scripto decrevimus memoriaeque mandare, et sigilli nostri munimine roborare. Erat igitur contentio inter canonicos Baiocenses, et Lucam, filium Hervei sacerdotis de Dovra, quid ad elemosinam ecclesiae de Dovra, et quid ad feodum ipsius Lucae pertineret. Quae controversia, cum diu multumque ventilata agigaretur, hunc demum, in praesentia nostra, et parrochianorum de Dovra, ante ipsius villae ecclesiam, per nos finem sortita est, ipso Luca, et canonicis praesentibus et assentientibus. Vocatis igitur ipsius villae parrochianis, utriusque partis assensu electi sunt decem solum : Anchetillus, filius Picot ; Willelmus, filius Picot ; Reginaldus praepositus ; Clarembaldus ; Rogerus de Vadis ; Gaufridus Faber ; Rogerius, filius Rannulfi ; Willelmus, filius Ricardi ; Gaufridus Cardon ; Capellus, in quorum juramento rei veritas consisteret. Facto igitur prius juramento, has terras de elemosina ecclesiae esse dixerunt : una domus de feodo Serlonis, filii Nigelli ; de feodo Gaufridi Cardon : unam acram, apud divisiones

de Criselon ; de feodo Serlonis, filii Nigelli : tres virgas ; de feodo Clarembaldi : dimidiam acram ; juxta domum Fulconis Birtonis, apud viam de Criselon : unam acram, de excambio Gaufridi Prætoris ; de feodo Willelmi, filii Ricardi : dimidiam acram in Perrelis ; ultra vallem episcopi : duas acras ; inter Londam et Maram, in valle episcopi : unam acram ; juxta domum Osmundi : unam acram ; de feodo Rogeri Calvini, et ultra illam : dimidiam acram de eodem feodo ; de feodo Hamelini le Beitre : tres virgas, ad viam de Agerneio. Procedente vero tempore, cum prædictus Lucas redivivam calumpniam suscitaret, et partem elemosinæ quasi feodum suum occuparet, convocatis prædictis juratoribus, Baiocis, in capitulo, in præsentia canonicorum nostrorum, et ipsius Lucæ, secundum prædictum juramentum recognita est elemosina ecclesiæ, et separatæ sunt prædictæ terræ a feodo ipsius Lucæ.